



1699 166
13
Q. F. F. Q. S.
GOTHOFREDI ANTONII, IC.
DISPUTATIO FEVDALIS XV.
De

**PROCESSV
FEVDALI,**

Quam

Cum Corollaris ex Iure Publico,
ad ductum Institut. Per-Illustris Dn. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
PRÆSIDE

IO. SAMVELESTRYKIO
I.V.D. & Professore Publ. Ordinario,

D. XXVIII. Ian. A. O. R. MDCXCIX
Placidæ disquisitioni publicæ submittit

IO. MICHAEL HILLIGER,
Hal. Magdeb.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.

2 3 4 5
G. THOMAS H. ANTONI
DISPUTATIO I. EVANGELII

PR. O. G. E. B. E. R. G. I. U. M.
F. E. V. D. A. L. I. U. M.

Ann. Corollaria ex libro
In ACADEMIA PRIDICIANA
P. R. A. E. S. I. D. E.

IO. SAM. B. H. E. S. T. R. Y. A. L. I. O.
I. V. D. M. P. H. O. S. I. O. C. H. I. C. H. I. C. I. A. N. O.

in ACADEMIA PRIDICIANA
IO. MICHAEL HILFGER.
P. R. A. E. S. I. D. E.

IN ACADEMIA PRIDICIANA
P. R. A. E. S. I. D. E.





COROLLARIA

Ex Institut. Iuris publici III. Dn. de Rhetz

Lib. IV.

I.

Camera Imperii cum Iudicio Aulico Imperatoris concurrentem Iurisdictionem habet, & hinc per sententiam grauato, quorsum prouocare velit, electio salua est, nisi de Feudis regibus controuersia sit.

2. Camerae Imperialis iurisdictione non delegata est, sed ordinaria; nec a solo Imperatore, sed imperio dependet, hinc illo mortuo non clauditur.

3. Forum Austregarum ad causas Principum civiles, non ad feudales, vel criminales pertinet.

4. Priuilegium electionis fori quibusdam Statibus concessum, non ad Actores, sed Reos pertinet, qui, coram Camera conuenti, prouocare possunt ad Iudicium Aulicum, & vice versa.

5. Iudicium Aulicum de feudis Imperii libere cognoscit sine suffragio aliorum Principum.

6. Processus Iudiciarius breuior est in iudicio Aulico, quam Camerali, utrobique tamen substantialia processuum, Legibus imperii praescripta, non sunt negligenda.

7. Libellus articulatus, licet per Rec. Imp. prohibitus, ubi tamen per accusationem proceditur, recte adhibetur.

8. Mandata sine clausula ad quatuor quidem causas principales restricta, sed usu Imperii longe amplius extensa.

9. Pro-

9. Processus ex L. diffamari ob iniurias hodie instituitur frequentissime, sed minus commode. Finis enim est silentii impositio, ne in futurum iniurias eruētet, non ut pro præteritis satisfaciatur.

10. Pignorationes Imperii LL. seuerè prohibitæ, sed tamen in Germania frequentissimæ, & plerumque Re-pressaliarum nomine palliantur, quæ tamen pariter illicitæ, & a pignoratione penitus diuersæ.

11. Summa appellabilis non minor est quadringentis thaleris, plerumque maior, & in prouinciis Brandenburgicis ad 1500 thaleros extensa, ubi sola fors non simul usuræ computandæ. In causis vero iniuriarum & iurium, annuorumq; redituum quantitas illa non attenditur.

12. Beneficium reuisionis olim quidem, sed non hodie, effectu suspensiuo gaudebat. Eius loco in iudicio aulico est beneficium supplicationis, cuius effectus per expressam Ord. Iud. Aul. suspensiuus est, quod non mutatum per nouiss. Imp. Rec.

13. Ius exsequendi sententias Imperiales Imperatori, non Ducibus Circulorum comperit, ad illum enim ius pertinet, cuius mandato expeditur: Cum vero non per alios, quam circulorum duces vel directores secundum Imperii Leges hoc expedire possit Imp. iusta his contradicendi datur occasio, si alia exequendi via eligatur.

14. Princeps homicidium committens solum Imperatorem iudicem habet; sed si ob crimen Maiestatis Principatu priuandus, Electorum præcipue, imo & aliorum Statuum, consensus est necessarius.



DISPUTATIO FEVDALIS XV
ET VLTIMA,
DE FEVDALI PROCESSV.

THESIS PRIMA.

Cum omne ius ad iudicia referatur, iudicium vero ipsum nesciatur, nisi & de modo & ordine procedendi constet, illius restat dispositio, in qua præmunitionis gratia sciendum, modum hunc ex parte iuri ciuili conformem, a ex parte peculiarem esse b.

a) Quatenus ergo cum iure communi congruit, consequenter eueniet, vt omnia quæ iure feudorum aut viua eius ratione non leguntur determinata, secundum normam iuris communis metiamur, iuxta vulgatissimam illam regulam, quæ habetur in c. 1. vers. strenuus, de feud. cognit. quam sententiam approbat Andr. Gail. lib. 1. obs. 1. n. 55. & lib. 2. obs. 165. Aluarot. in c. imperialem §. penult. circa fin. de prohib. feud. alien. Iacobin. de S. Georg. in verb. & dicti vasalli, n. 25. Duaren. de feud. c. 21. n. 1. Schneid. p. 9. feud. num. 33. & 34. Nicol. Vigel. in meth. iur. feud. c. 3. q. 3. reg. 1. Sonsb. p. 14. de feud. num. 33. Ioan. Fichard. tom. 1. conf. 18. num. 40. Vult. lib. 2. de feud. c. 3. num. 2. Rittershus. in partit. feud. c. 9. num. 29. [Struv. c. 16. th. 10. n. 1. vbi n. 2. addit, Iure Saxonico feudali singularem modum procedendi in lite, quæ est inter Dominum & Vasallum, constitutum esse Berlich. P. 1. concl. 62. Qui tamen in Marchia non viget Dn. de Rhez. in pref. iur. feud. p. 13.] Hinc fit, vt nihil aliud iuris in litis contestatione hic obseruetur, quam de iure communi constitutum, vt scilicet illa in tantum requiratur, vt ea omnia processus quoque ipse nulletur, arg. l. vn. C. de lit. contest. l. amplius, ff. rem rat. haber. l. prolatam, C. de sent. om. iud. c. super questione, c. de causis, de offic. deleg. c. vn. in fin. ext. vt lit. non contest. Andr. Gail. lib. 1. obs. 75. Mynsing. cent. 1. obseru. 1. Marant. p. 6. in tit. de lit. cont. ff. add. Gulielm Han- neton. in process. iudic. part. 2. tit. d. lit. contest. Idem quoque erit dicen- dom de reliquis, puta actionis editione, libelli oblatione, &c. in quibus omnibus ius commune obseruamus. Hinc etiam fit, vt, si Notarius non sit deputatus qui acta conficiat in causa feudali, iudex possit eligere duos tabelliones, qui acta conscribant cum idem iure communi liceat, Vigel. in meth. feud. c. 3. q. 3. reg. 2. Cum vero ius commune sit duplex, Ciuile & Cano-

Canonicum, quæritur vtri hoc in loco iudex debeat insistere? Distinctione rem Dd. expediunt, pronunciandum scilicet esse secundum ius civile, si nimirum reus sit laicus, si verò clericus, secundum ius Canonicum, quam sententiam ponit Petr. Nicol. Mozz. *de natur. feud. n. 119. per c. cæterum, de iud. & c. clericus, & c. cum sit de for. compet.* eandemque admittit. Vult. *de feud. lib. 2. c. 3. n. 26. in fin.* hac adiecta limitatione, vt procedat si controuersia sit in terris Imperii. [Nisi & in eo loco ius Canonicum hoc passu receptum.] Non item si in terris Ecclesiæ. Dissidentes refert Vult. *d. loc.*

b) Duaren. *d. cap. 21. n. 1.* quod apparere potest in citatione, reconvensione, iuramento calumniæ, probationibus, præsumptionibus, &c. de quibus specialiter in hisce subsequentiis.

II.

Primo igitur loco se offert in ius vocatio, *a* qua ad instantiam domini conquerentis vasallus se ad excusandum coram curia vocatur, *b* qui si post trinam citationem factam non venerit, *c* facultas seniori in possessionem feudi conceditur *d*.

a) Omnium enim actionum instituendarum initium ab ea edicti parte proficiscitur, quæ Prætor de ius vocando edicit, *S. fin. Inst. de pæn. tem. litig. l. de unoquoque ff. de rei iud. l. nam ita Diuus, ff. de adopt. c. quoniam contra, de prob. Andr. Gail. lib. 1. obs. 48. Gulielm. Hanner. in process. iudiciar. in pr. tit. de citat. Schenck. a Tautenberg. in progym. for. lib. 2. t. 1. Vult. discept. schol. c. 1.* [Hodie vero loco in ius vocationis priuata, successit in ius vocatio publica, h. e. citatio. Dn. Parens in *Vsu Mod. tit. de in ius voc. §. 1.*]

b) Quem quidem dominus vocare potest absque speciali magistratus concessione, Vult. *lib. 2. Iurispr. Rom. c. 28.* An vero vasallus quoque sine speciali veniæ impetratione dominum possit in ius vocare controuersi iuris est quæstio? Veniæ petitionem de iure non esse necessariam supra in *disp. 7. th. 2.* dictum est, & in hac ipsa quoque sententia est Iacob de S. Georg. in *verb. dictique vasalli, n. 48. Borchol. de feud. c. 10. n. 82. Schrad. p. 6. c. 7. n. 19. & p. 10. sect. 8. n. 87. Vult. lib. 1. discept. 1. Goëdd. in tr. inf. de feud. c. 10. concl. 7. adde Schoner. lib. 2. disp. feud. vlt. th. 7. Rittersh. in part. feud. lib. 2. c. 1. q. 14. & 15. Diss. Zas. sibi ipsi contrarius de feud. p. 7. num. 49. & cum Olden. in cl. 4. act. 4. prolixè Bocer. cl. 4. disp. 16. th. 10. Interim tamen*

tamen vasallum impune dominum posse accusare, vel famosam actionem aduersus ipsum intentare, non affirmauero, per c. 1. §. *similiter*, de consuet. rect. feud. 2. F. 33. arg. l. *seruum* 6. & l. *ult.* §. *seruo autem*, C. de delator. lib. 10. Cuiac. ad d. c. *vn.* in fin. de consuet. rect. feud. Schoner. lib. 2. disput. feud. *ult. ib.* 8. quam sententiam in eo quoque casu procedere, si accusatori in iudicio vasallus duntaxat adfuerit, vel pro eo fideiussor extiterit, Bocerus affirmat arg. text. in l. *post legatum*, §. *sunt qui putant*, ff. de his que vt indign. & l. *qui cum maior* 14. §. *sed si non accusauerit*, ff. de bon. lib. idque fecisse videtur ex sententia Accurs. in §. *item si delator*, verbo *perdit*, que fuit prim. caus. ben. am. 2. F. 24. vbi Bald. Aluar. & Præpos. eosque sequitur Rittersh. in *partit. feud.* lib. 2. c. 5. q. 15.

e) Hæc scilicet est illa specialitas, qua consuetudines feudorum a iure ciuili in hoc articulo dissentiunt. In illo enim vna pro tribus sufficit citatio, l. *peremptorium* 68. ff. de iudic. quod tamen secus est in citatione simplici, quæ citatum non prius contumacem constituit, quam si tertio facta sit; arg. d. l. *ad peremptorium* 68. l. *tres denunciations* 9. C. quom. & quand. iud. Guiliel. Hannel. in *process. iudiciar.* sub tit. de *citat.* Debet autem hæc trina citatio, qua de in vsibus feudorum loquimur, esse distincta, & quidem iustis constare interuallis, ipatio septem vel decem plerumque dierum singulis edictis interposito, arg. c. *vn.* de milit. vasall. 2. F. 26. vbi gloss. Aluarot. & Schenck a Tautenberg. Cont. in *meth. feud.* c. 12. Schrad. p. 10. sect. 8. n. 85. Nicol. Vigel. in *meth. feud.* c. 3. q. 3. reg. 6. Rittersh. lib. 2. *partit. feud.* c. 9. q. 33. Hinc suboritur quæstio ab interpp. hoc in loco agitata. An vasallus a domino semel citatus, rursus citari debeat, licet se nolle venire dixerit? Negatiuam sententiam veriolem credo, arg. text. in c. 1. §. *illud tamen non lateat*, que fuit prima causa benef. amit. 2. F. 24. c. 1. ext. de dol. & contum. l. *continuus*, §. *cum ita* ff. de verb. oblig. facit, quod præsumptio militet contra vasallum, animi nimirum perseuerantia, l. *cum tacitum*, ff. de probation. quæ omnia prolixius recenset Iac. de S. Georg. in *vers. dictiq.* vasalli, n. 46. Bart. in l. *tres denunciations*, Cod. quomod. & quand. iud. Aluarot. in c. de milit. vasall. qui contum. per gloss. in l. *consentaneum*, Cod. quomod. & quand. iud. & l. *fin.* ff. de in integr. rest. Borcholt. c. 8. num. 109. Curt. iun. p. 4. nu. 60. Adde prolixè Rosenth. c. 10. concl. 26. Dissidentes refert Iacob. itemque Rosenth. dd. loc.

d) Quæ tamen libera facultas certam recipit restrictionem. Vasallus euim hoc in casu non statim ipso priuatur feudo, propter rationem a Dd. assignatam, quod absolum sit propter vnicam contumaciam tantam bono-

rum facere iacturam, veluti notant communiter in *l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemp.* Aluarot. in *d. c. vn. de milit. vasall. qui contum.* Sed tum demum, si intra annum non venerit, & prædictam possessionem recuperare noluerit, *text. in d. c. vn. de milit. vasall. qui contum. facit huc l. si quis emptionis, §. penult. C. de præscript. 30. annor. l. properandum, §. sin autem reus, vbi interpp. C. de iudic.* Aluarot. in *d. c. vn. n. 1. 2. & 7.* & *ibid.* Schenck. *n. 11. & seqq.* Hotom. in *disp. feudal. c. 41.* vide quos allegat Rosenth. *d. c. 10. concl. 25. n. 2.* [Struv. *d. c. 16. tb. 17. n. 1.* vbi idem obtinere dicit in domino contumace existente Bitsch. in *Comment. ad 2. F. 24.*]

III.

Citatus ita subsequenter optimo iure *a* coram paribus Curia *b* reconventionem instituere potest *c*, dummodo illa fiat de re non extra feudum constituta *d*.

a) *arg. l. non debet 41. vbi Dec. num. 2. de R. I. l. vlt. C. de fruct. & lit. expens.* estque periniquum non esse mihi cum illo actionem si nolit, illi vero si velit mecum esse, vt habetur in *l. 3. §. vlt. ff. mandat, adde l. si idem 11. §. sed etsi, vbi Bart. ff. de iurisd. l. cum Papinianus 14. in fin. C. de sent. & interlocut. om. iud.* elegantissime Theoph. Gisebertus in *tr. de reconuent. c. 1. num. 13. & seqq.* vbi reconventionis materiam non solum iuri civili & canonico congruam, sed & maxime naturali æquitati & diuino iuri contra nonnullos consentaneam docet.

b) Pares curia quando nomino, interim reliquos iudices in causa feudali nolim exclusos. Constat enim iudices controuersiarum feudalium esse vel Imperatorem ipsum, vel dominum feudi, vel pares curia, vel deniq; his deficientibus ordinarium loci iudicem, iique omnes sunt iudices ordinarii, qui iurisdictionem habent a consuetudine, *c. cum contingat, in fin. exrr. de for. comp. l. certi iuris 17. Cod. de iudic.* & sic recte coram iis mouetur reconuentio.

c) A qua sententia neminem interpp. discedere Dd. aiunt communiter, *arg. d. c. 1. vers. strenuus, de feud. cognit.* Iure enim civili manifestum est, reconventionem quoque coram iudice certarum causarum obtinere, *arg. l. cum Papinian. 14. Cod. de sentent. & interlocut.* Marant. in *Spec. aur. p. 4. dist. 6. n. 28. & seqq.* Theoph. Gisebert. in *d. tr. c. 25.* An vero & coram iudice vtriusq; partis consensu electo reconuentio moueri possit, dubia est quæstio; Affirmatiua in puncto iuris mihi videtur verior, quam approbat Menoch. *de arbitr. iud. quæst. lib. 1. qu. 44. n. 6.* Petr. Frider. *de process. lib. 3. de continent.*

continent. causar. c. 6. n. 23. Theoph. Gisebert. *in d. tract. c. 25. per tot.* Diff. Io. Sichard. *ad d. L. cum Papianus n. 8. l. de sentent.* Christoph. Schwanem. *de process. Cam. c. 67. n. 3.* cæterique Dd. communiter, quos allegat Menoch. & Gisebert. *d. loco.* An & coram delgato; Omnino, *per text. in d. l. cum Papianus, iunct. auth. & consequenter. text. in c. 1. & ibid. gloss. Panorm. atque Socin. art. 4. n. 14. de mut. petit. quos sequitur Marant. p. 4. dist. 6. n. 13.* Sichard. *in d. l. cum Papianus n. 6. Gail. lib. 1. obs. 35. num. vlt.*

d) Eo enim in casu reconuentioni minime locus esse potest, propter defectum iurisdictionis & qualiratem causæ. Nec enim sufficit solum ut contentio sit inter dominum & vasallum, sed vel maxime necesse est ut lis sit de ipso feudo, *per text. in c. vn. de controuers. feud. apud pares, in pr. c. vn. de controu. inter episc. & vasall. in pr. c. vn. §. si inter dominum, de alien. patern. feud. 2. F. 39.* Hinc etiam fit, ut vasallus qui non ipsum feudum, sed aliam rem domini celauit, feudo priuari non possit, Rittershus. *lib. 1. in partit. feud. c. 5. q. 38.* Imo reconuentioni in rebus allodialibus non esse locum aperte testantur, Zas. *de feud. p. 11. n. 18.* Schenck a Tautenb. *in c. 1. num. 13. de controu. apud par. term. Sonsb. de feud. p. 14. n. 38. Mynsing. cent. 4. obs. 90. Vult. de feud. lib. 2. c. 3. n. 9. & lib. 2. iurispr. Rom. c. 30. n. 83. Rittersh. in part. feud. c. 9. qu. 6. & q. 32. [Ludw. p. 417. seq.]* quam sententiam communem asserit Petr. Frid. *de process. sub lib. 3. c. 6. n. 24.* Theoph. Gisebert. *in d. tr. de reconuent. c. 26. n. 12.* eandemque verissimam ait Christ. Schwanem. *de proc. Camer. c. 67. n. 3. Diff. gl. in tit. 10. lib. 2. Feud. in verb. faciendum.* Iac. de S. Georg *in verb. & dicti vasalli, n. 18.* Io. Ferrar. *in collectan. feud. lib. 5. c. 3. vers. vlt.* Martin. Laudens. *in explic. tit. 16. 2. F. n. 8.* Mozz. *de natural. feud. n. 114. author. in tr. tractat. vol. 13. de feud. cogn. art. 5. reg. 19.* Plures contradicentes refert Gisebert. *d. l.* Hinc & illud consuetarium necessario deducimus, quod prorogationi iurisdictionis ad alias causas, vel in alium iudicem sine assensu domini nequitiam locus sit inter litigantes *per text. in c. imperialem, §. præterea si inter, & ibid. gl. & prohib. feud. alien. per Frid. fac. c. si diligentia extr. de form. compet. Dec. in c. cæterum, extr. de iudic. Iac. de S. Georg. in verb. & dicti vasalli, n. 32. Hanneton. lib. 4. de feud. c. 2. Duaren. de feud. c. 20. in f. adde And. Gail. 1. obs. 40. num. 6.*

IV.

Lite hac demum ratione constituta iuramentum calumniæ non ut in ciuilibus a, sic & præstabitur in iudiciis feudalibus b: neque inter iuramentum vetus siue speciale & nouum siue generale c hoc in loco distinguendum censeo d.

Y y 2

a) De

a) De iure ciuili res est plana, *t. t. C. de iureiur. propter calum.* de cuius tenore omnes litigantes iuramentum calumniae subire coguntur, nisi iis expresse remittatur, qua de re prolixè agunt ii, qui iuris scripti ac consuetudinis frequentioris hinc inde vſitatos processus pertractarunt, vide Schenck à Tautenberg. *in progymnas. for. lib. 2. tit. de iuram. calum.* Anton. Mass. *in tract. ad formul. Cameral. oblig.* Christophor. Schwanemann *in process. Cameral. lib. 1. c. 45.* Nicolaum Scharadtium *in processu iudiciario tit. de iuram. calum. tom. 3. symphor. sub tit. iuramentum calumniae, pag. 167.* Andr. Gail. *lib. 1. obseru. 83. & seqq.* aliosque per plures [add. Dissert. nostram *de Remissione Iuramenti Calumniae.*]

b) Quod tam respectu vassalli quam domini intelligendum esse, docet expressus textus *in c. vn. de consuet. rect. feud. §. in quibus, 2. F. 33.* Et quidem vassallum ipsum à domino id non posse exigere præter text. allegat. in argumentum deduci potest, *l. 84. ff. de iurei.* vbi libertus a domino id exigere prohibetur, *fac. l. 16. l. 7. §. nec deferentes, de obsequi. parentib.* neque vero vicissim dominum a vassallo id debere exigere perbelle declarat Feudista *in d. §. in quib. vers. vt quod quisque fac. l. 3. ff. quod quisque iur.* Cui accedit, quod dominus fideli suo in omnibus vicem reddere debeat, *c. 1. de form. fidel. 2. F. 6. vers. dominus quoque, Iacobin de S. Georg. vers. & dicti vassalli, n. 25.* Borcholt. *de feud. c. 10. n. 39.* Sonsbec. *p. 14. n. 35.* Curt. iun. *p. 7. n. 14.* Nicol. Vigel. *in meth. feud. c. 3. q. 3. reg. 5.* [Ludw. *p. 418.* Græv. *concl. pract. 84. n. 12.* Speckhan. *Cent. 2. & 4. qu. 26. n. 2.*] An vero ille saltem vassallus, qui fidelitatem nondum iurauit, possit cogi ad iurandum de calumnia, maxime disceptant interpp. Negatiuam veriore putat Vult. *d. c. 3. n. 6.* Schoner. *lib. 2. disp. 3. tb. 9.* Henric. Bocer *concl. 4. disp. 18. tb. 42.* nihil concludit Ritterh. *d. c. 9. q. 29.* subdubitat Rosenth. *d. c. 12. n. 8.* vbi tamen magis negatiuæ videtur subscribere sententiæ, cui ad stipulor. [Setser. *l. 3. c. 4. n. 42.*] Dissen. Petr. Rauen. *in fin. itemque Schenck à Tautenberg. in d. §. in quibus, v. proinde secundum mentem Hartm. pract. obs. tit. 54. obseru. 45.* Borch. *c. 10. num. 40. vers. tunc demum autem Vigel. in meth. feud. d. c. 3. q. 3. reg. 5.* Schr. *p. 6. c. 7. n. 16.* Quid vero si pars altera velit præstare hoc ius iurand. calumniae, an etiam cogetur altera? Non puto per ea quæ tradit Iacobin. de S. Georg. *vers. & dicti vassalli, num. 25.* Vult. *lib. 2. de feud. c. 3. num. 7.* vbi allegat Bald. Aluarot. Præpos. & Schenck. *in d. §. in quibus, Conrad. Rittershus. in partit. feud. c. 9. q. 31.* Diss. Iacob. de Belu. *in d. §. in quibus.* At quid dicendum de duobus conuassallis? Exigi ab iis posse iuramentum calumniae, verius censeo, *per d. §. in quibus, 2. F. 33. iunct. l. quod vero*

vero contra, ff. de legib. Vult. d. c. 3. n. 8. adde Guilielm. Hanne-ton. lib. 4. de feud. c. 3. vers. quo peracto, quem refert & sequitur Rittershus. d. cap. 9. q. 32.

c) Illud nihil aliud est quam quod homo exigit ab homine, defini-tore Petr. a Bellapert. tit. 15. n. 13. Ros. d. c. 12. n. 85. hoc vero, quod ex dispo-sitione legis ab initio litis præstandum, & à iure ciuili antiquo primo in-ventum, l. de pupillo, §. qui opus nouum, de oper. nou. nunc. l. qui bona, §. qui damni, ff. de damn. infect. ab ipso vero Imperatore Iustiniiano, vt eo fortius calumnia litigatorum refrenaretur confirmatum est, vt patet ex l. 1. & 2. cum athen. ibi insertis, Cod. de iur. calum. vide Rosenthal d. loc. vbi plures enumerat authores.

d) Eadem enim est ratio in generali quam speciali. Addo etiam quod dici possit, text. in d. c. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. non minus loqui de generali quam speciali iuramento, in verb. vt vasallus, gloss. in d. §. in quibus, Vult. d. c. 3. n. 6. Borch. d. c. 10. n. 40. Wesenb. de feud. c. 17. n. 11. quo etiam cum communi interpp. schola contra Hottom. Cuiac. & Giphon. abiit Rittershus. in d. c. 9. q. 30.

V.

Nullibi quoque in iudiciis omittenda est probatio, a quæ vel vera, vel præsumpta. b Probatio vera perficitur tam instrumentis quam testibus; in his qualitas, c sexus d & nu-merus e; in illis solennitas instrumento conueniens f spe-cialiter obseruanda veniunt.

a) Semper enim ferme in omnibus causis dubia proponuntur, de quibus, antequam certa ferri possit sententia, probatio exigitur, Petr. Gre-gor. in syntagm. Iur. Pontif. lib. 5. tit. 10. c. 1. Hinc vulgaris illa Dd. pro-manauit theorica, qua volunt probationem adeò esse de substantia, vt ne qui-dem in summaris omitti debeat iudiciis, Zanger. tr. de except. c. 2. num. 9. vide quos allegat Treutl. in disp. de re iudic. thes. 3.

b) Vult. in exegef. feudali, pag. 925. Schon. lib. 2. disp. feud. 3. thes. 12.

c) Qualitatis sanè hoc in loco specialiter rationem habendam esse exinde planum euadit, quod ad probationem inuestituræ nouæ cuius tenor primo loco inspici debet, arg. c. 1. de feudo March. 1. F. 14. semper requi-rantur pares curiæ vel conuasalli, c. 1. in pr. qui test. sint necessar. 2. F. 32. c. 1. §. item sciend. vers. idcirco pares, de notis feud. 2. F. 58. c. 1. §. si vero testes, si de inuestit. int. dom. & vasall. lis oriat. 1. F. 26. c. 1. §. si enim a domino, quid sit in-vestit.

vestit. 2. F. 2. c. 1. de content. int. dom. & fidel. 1. F. 10. And. Gail. lib. 2. obs. 50. n. 4. Curt. iun. p. 2. de feud. laicor. n. 16. Schrad. de feud p. 5. c. 2. n. 3. & seqq. Vult. de feud. lib. 1. c. 7. n. 22. & seqq. Quæ solennitas parium in tantum est necessaria, ut sine his inuestitura facta, ipso iure sit nulla, per text. in d. c. 1. vers. alioqui licet alii intersint, vbi Schenck. n. 7. quid sit inuestit. Wefenb. de feu. c. 8. n. 14. [Struv. c. 8. th. 5. n. 4.] Quid vero statuendum erit si dominus ab initio inuestituram confessus, eam tamen minus solennem intercessisse dicat? Neque hoc in casu illam subsistere existimat Rosenth. d. c. 12. concl. 16. per text. in c. 1. in verb. etiam si dominus confiteatur factam, qui test. sint necess. [Ludw. p. 143.] in qua sententia ante illum cum Bald. Aluarot. Balzaran. Matth. de Afflict. ad d. c. fuit Io. Schneidew. de feud. p. 4. n. 27. arguens ob defectum solennitatis actum ipsum reddi nullum, ex l. cum hi, §. si Praetor, ff. de transact. & subtili iure hanc opinionem veram esse dicit Cuiac. lib. 2. F. 3. ferme in med. a qua tamen ipse dicto loco discedit. Diff. Accurs. in explicat. tit. qui test. sint necess. vbi opinatur testes hosce non esse de substantia inuestituræ, quem sequitur Petr. de Bella pert. qui quidem ait novam inuestituram sufficienter per confessionem domini probari, absque tamen vlllo fundamento: adde Curt. iun. p. 2. membr. 2. qu. 4. n. 25. Quin nec huic solennitati parium renunciari potest, cum sit a consuetudine requisita, a legibus repetita, Rosent. d. c. 12. in f. vid. sup. disp. 4. th. 6. lit. a. Nec refert quod pares sint absentes, dummodo illorum copia citationis beneficio obtineri possit. [Ludw. d. l. Struv. c. 8. th. 5. n. 2. in f.] Hæc tamen doctrina certas quasdam recipit limitationes, (1) nisi scil. pares in loco plane longinquo sint & remoto, aut non nisi cum difficultate interesse queant, c. 1. §. si quis patrem, si de inuestit. & ibi Schenck. n. 6. (2) Si dominus pares non habet, quo casu coram aliis testibus omni exceptione maioribus inuestire non prohibetur, c. 1. §. si autem, quid sit inuestitura 2. F. 2. c. 1. §. quod autem dictum est, de consuetud. rect. feud. 2. Feud. 33. & ibi Schenck. num. 4. (3) Si pares tempore inuestituræ omnes ad perhibendum testimonium de aliquo iuris defectu minus essent idonei, arg. l. quoties, ff. qui satisd. cog. Plures præter has limitationes suggerit Rosenth. d. c. 12. concl. 17. per rot. & Conrad. Rittersh. in partit. feud. c. 10. q. 4. [Ludw. d. p. 143. seqq. Addenda quoque iila limitatio quam habet Struuius, ut admittantur extranei, qui testentur in præsentia parium inuestituram esse factam Struv. c. 16. th. 14.] An vero etiam ille qui tempore inuestituræ, fuit ex paribus, postea vero desit, testis esse poterit? Affirm. per c. an remoueri debeat test. qui pac. 2. F. 19. arg. l. 22.

l. 22. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. Rittershus. *d. loc.* [Idem est si tempore Investituræ pro Pari curiæ habitus fuerit errore communi arg. §. 7. *Inst. de testam.* Diss. Ludw. *p. 146.*] Probata igitur hac ratione inuestitura, feudum ipsum probatum esse censendum est. Quid autem iuris erit si duæ inuestituræ sibi inuicem proferantur contrariæ? Vtrinam erit standum? Omnino priori standum esse declarat Curt. iun. *p. 2. de feud. laicor. n. 42. per text. in c. 1. de vasall. decrep. etat. 2. F. 14.* Menoch. *lib. 3. de presumpt. 92. cum trib. seqq.* Nigell. *in meth. feud. d. c. 3. q. 3. reg. 29.* Vult. *de feud. lib. 2. c. 3.* vbi ex Sonsbec. *p. 9. n. 26.* grauisime monet, optime peritum Aduocatum facturum, si primam inuestituram semper aspexerit neglecta secunda vel tertia, quod si omittat, sæpe multis litibus & expensis magnis grauaturum, suos clientes non sine animæ periculo. An verò non minus in abusiua inuestitura quam propria hoc obtinebit, vt ex vtraque agi possit? Affirmo propter generalitatem supra dictor, *text. c. 1. qui test. sint necess. c. 1. §. item sciend. de not. feud. c. 1. §. si vero testes, si de inuestit. inter dom. & vasall. lis oriat. & c.* quod ita intelligendum esse monet Rosenth. *c. 12. concl. 16.* vt si abusiua inuestitura & propria simul interuenerint, sufficiat pares ista vice adesse, si vero propria sola ad eam quoque sint necessarii pares testes, vide Hartm. *Pist. p. 2. lib. 2. qu. 30. n. 2.*

d) In causis enim feudalibus testes semper requiruntur mares, nunquam foeminae, *per text. in c. 1. qui test. sint necess. 2. F. 32. §. vlt. verb. præter foeminam.* & ibi Cuiac. itemque Schenck. *n. 7. arg. l. in multis ff. de stat. hom. l. 2. ff. de R. I. l. pen. ff. de edend. l. 1. ff. de postuland. l. imperialis, C. de nupt. l. sancimus, C. de recept. arb. l. cum Prator. 12. §. 2. ff. de iudic. c. dilecti, ext. de arb. c. infames 3. q. 7. c. mulierem 33. q. 5.* Borch. *c. 10. n. 41.* Vult. *de feud. lib. 2. c. 3. num. 15.* vbi huius sententiæ authores citat plures. [Ludw. *p. 419.*] At quid erit dicendum de foemina illustri, qualis olim erat Tania, illa Dardaniarum vrbium Principis vxor, quæ authore Polyæno *lib. 8. stratagem.* regnum, defuncto marito, gubernauit proidentissime, & ipsa ad pugnans curru vecta præcepta pugnantibus dedit, ordines instruxit, victoriæ præmia pro dignitate militibus distribuit, neq; vnquam vllus eam ex hostibus supera vit: qualis etiam fuit Zenobia illa Palmyræorum regina, qua de Iul. Capitolin. *in Galien.* qualis item illa, diuino nutu, vt aiunt, Ioanna, cuius pro defensione multa introducit Petr. Gregor. *lib. 7. de Rep. c. 11.* Testem illam esse posse communiter volunt interpp. cum possit iudicare, causas cognoscere, condemnare, Schneid. *p. 9. feud. n. 2.* Intrigliol. *in feud. cent. q. 56.*

n. iii. declar. 4. Vult. d. loc. Rittersh. in partit. feud. d. c. 3. q. 3. adde quoq; pro argumento Gregor. in syntagm. Pontif. lib. 5. tit. de arb. 4. c. 6. lit. g. in not. Dissentire videtur Rosenth. c. 12. concl. 18. in allegat. sub. lit. f. vbi fidem penes authores esse vult, qui hoc propugneut.

e) Qui præcise testes exigat quinque propter constitutionem Henrici, 2. F. 57. quam sententiam amplexus est Andr. Gail. lib. 2. obs. 157. n. 2. & iudicando sequendam esse tanquam magis communem & veriore docet Schrad. p. 9. sect. 13. n. 13. & seqq. Io. Fichard. tom. 1. conf. 18. nu. 29. quibus adde Vult. de feud. lib. 1. c. 11. n. 54. Schoner. lib. 2. disp. feud. th. 39. Diss. Andr. de Ifern. in d. c. vn. & ibid. Laudens. qui volunt constitutionem illam communiter non haberi, ac proinde standum esse regulis ciuilibus, quos reprobabat Rosenth. d. c. 12. concl. 19. n. 3. Eatenus tamen constitutio illa procedit, quatenus agitur de probatione alicuius felonix & ingratitude, [Ludw. p. 420. Struv. c. 16. th. 15.] quæ semper specialiter ab allegante probanda est, adeo vt nec assertioni domini in extremis constituti vlllo modo stetur, teste Schrad. p. 2. p. 9. sect. 13. n. 6. non quatenus de probatione inuestitura: hoc quippe casu perinde, vt de iure ciuili duo testes sufficiunt, *l. 1. si de inuestit. inter dom. & vasall. lis oriat. §. si quis se vers. nisi per duos pares, l. F. 26. c. 1. quid sit inuestitur. in verb. saltem coram duobus, 2. F. 2. c. 1. §. 1. in verb. duos testes idoneos, de not. feud. 2. F. 58. Duaren. de feud. c. vlt. n. 4. Hic vero quæritur, vtrum quod de quinque testibus probanda vasalli feloniam, in d. c. dicitur, solum obtineat in delictis erga ipsum dominum admissis, an verò idem sit dicendum, si in alium delictum sit perpetratum? Prius defendit Schrad. p. 2. par. 9. sect. 13. n. 26. cuius sententiam gemino argumento acriter propugnat Schoner. disp. feud. vlt. thes. 44. quibus tamen merito potest opponi argumentum ab Aluarot. in d. c. quot test. sint necess. num. 1. traditum, ideo statutum esse ne per pauciores quinque testibus idoneis talis fieret probatio, vt cautius ageretur cum vasallis, ne forte per viles & redemptos testes aut paucos, domini possent vasallos suos priuare quod latius persequitur Rosent. d. c. 12. concl. 19. num. 19. & seq. Quid si agatur non ad priuationem feudi, sed sicut ad priuationem possessionis feudi? Duos tum testes sufficere existimat Schrader. d. sect. 13. num. 54. & seqq. Schoner. d. disp. vlt. th. 45. tum quod verba d. c. quod testes sint necess. cessent, tum quod in iudiciis possessoriis leuiore sufficiant probationes, quod posterius specialiter improbat Ros. d. c. 12. concl. 19. n. 23. Et quidem recte! Magni enim & considerabilis præiudicii esse causam possessoriã, cum magnum sit commodum possidere, §. commodum, Inst. de interd.*

dict. pluribus demonstrat Hieron. Cagnol. *in l. in pari causa* 171. ff. de R. I. n. 3. per l. 1. Cod. quorum bonor. in verb. si probaueris, Ripa in c. saepe, num. 2. & 3. de restit. spol. Menoch. de recup. poss. remed. 15. n. 408. & 409. vbi prolixè agit de dissentientibus. Debent vero testes illi quinque summæ esse ac integræ opinionis, c. 1. quor testes sint necess. 2. F. 57. quo tamen casu quæritur: An defectum fidei numerus testium supplere possit? Regulariter nego cum Schrader. d. p. 9. sect. 13. num. 14. & seqq. quem refert & sequitur Ros. d. l. Nec enim id locum habet in criminalibus & ciuilibus causis arduis, quales plerumque causas esse feudales indubium est. Quid si delictum fuerit tale, quod regulariter non potest per testes omni exceptione maiores probari? Pro certo penè ponit Schoner. d. disp. 3. th. 47. alios posse admitti testes, quæ sententia tum demum videtur admittenda, si vasallus iisdem quoque testibus contra dominum vsus fuerit. arg. l. si quis testibus, C. de test. arg. l. Pomponius, §. Scauola, ff. de neg. gest. arg. l. si uxor, §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. Sich. ad d. l. si quis testibus, Cod. de testib. num. 1. & ibid Dd. communiter vide Rosent. c. 12. concl. 19. n. 21. & 22. [Hodie tamen etiam in probanda feloniam, uti in probatione omnium criminum, duos sufficere testes, existimo. Struv. c. 16. th. 15. Et sic ad probationem delicti etiam fœminæ admittendæ Conf. Itterus c. ult. §. ult.] Obiter hoc quoque generatim circa testes est notandum, quod etiam non interrogati debeant reddere rationem suæ scientiæ, idque non solum plurimorum interpp. autoritate, sed & certa ratione suffulcit Ros. c. 12. concl. 15. n. 84. & c. 12. conclus. 19. num. 35. Schrad. d. p. 9. sect. 13. num. 145.

f) Instrumentum illud publicum nonnulli breue testatum, quod summam rei contineat, nonnulli instrumentum clientelare nuncupant, teste Oldend. in suis cl. sub. tit. de act. benef. pag. 755. cuius solenne consistit in subscriptione trium vel quatuor parium curiæ, si de probatione feudi vel eius qualitate agatur, aliter si fiat, instrumentum quantumuis publicum, in controuersis feudalibus omnimodo vim nullam habet, c. 1. qui testes sint necess. c. 1. quid sit inuest. Duar. de feud. c. 21. n. 5. Vult. d. c. 3. num. 16. Rosenth. c. 12. concl. 15. num. 80. & c. 6. q. 4. & q. 67. Diss. cum Cuiac Bocer. concl. 4. disp. 18. th. 46. per tex. 2. F. 32. & 2. F. 3. 2. F. 4. 1. F. 2. §. si autem. 2. F. 25. §. ult. Rittersh. in part. feud. lib. 2. c. 10. q. 12. [Quorum sententia moribus recepta, ita ut sufficiant litteræ inuestituræ, etiam sine subscriptione parium. Struv. c. 16. th. 14.] Huc reiterata vice illa refertur quæstio: An editionem instrumentorum non in iudicio tantum, sed etiam extra iudicium domino petenti vasallus, & vasallo vice versa dominus facere teneatur? Affirmatiue

concludimus, per l. Titius heres, & qua ibi Dd. ff. de act. empt. prolixè Ros c. 8. concl. 33. vbi quoad libros domini, Des Herrn Lehenbücher betreffend/ idem iuris esse subiicit, vide quos refert & sequitur Vult. d. loc. Ritters. in partit. feudalibus c. 10. q. 13.

VI.

Actore in probatione succumbente reus non continuo absoluitur, a sed datur ei defensio iuratoria b cum duodecim Sacramentalibus, c quæ probatio dicitur non propria, vel iusiurandum d quod vel a parte parti, vel a iudice litigantium alterutri, & quandoque possessori e quandoq; investitori f quandoq; neutri g defertur.

a) Quod contra præscriptum iuris communis omnino introductum est, vt constat ex l. 4. Cod. de edend. l. 8. & l. 23. Cod. de probat. l. 11. C. de pct. hered. c. vlt. de iureiur. Gœd. in tr. ms. de feud. c. 10. concl. 15. Vult. lib. 2. de feud. c. 3. n. 2. Borcholt. c. 10. n. 41. in fin. [Dissentit, & meo quidem iudicio rectius, Struv. c. 16. th. 16. n. 2. Atque iure feudali quoque, actore plane non probante, reum absoluendum dicit, nisi præsumptiones adhuc pro actore militent, vbi reum ad iuramentum adigendum censet.]

b) Quæ successit in locum defensionis illius armatæ. Antiquissimis enim Longobardorum temporibus in vsu erat defensio armata, quæ de feloniam aut infidelitate pugna fiebat, quod genus certaminis dicitur monomachiam vel duellum, qua de re late agit Hotom. in diss. feudal. vlt. Henr. Bocer. in tr. de bell. & duell. lib. 2. c. 1. Elias Reuf. in arte stratag. lib. 3. c. vlt. Camerar. cent. 2. horar. succisiv. c. 19. & seqq. Greg. de rep. lib. 7. c. 10. n. 13. elegantissime Rittersh. in partit. feud. c. 10. qu. 28. & seqq. Sed & præter hanc monomachiam furiosa illa purgatio, quam nominarunt vulgarem, obtinuit, quæ fiebat per flammam, per crucem, per aquam, feruentem & gelidam, per sortes, per corpus domini: in qua quam peruersa fuerit superstitio & diabolica elusio verius animaduertentur Theologi: sicut & consimili fundamento innixa sagarum illa exploratio per aquam frigidam reprobat, de qua cum Godelm. lib. 3. de mag. c. 4. num. 20. Goclen. in orat. de hac re habita, erudite quoque nonnihil differit Andr. Libav. p. 2. singularium, pag. 198. & Petr. Heig. lib. 2. qu. 39. [Conf. Commentatores ad tit. Decretal. de purgatione canonica & vulgari, in specie Gonzalez Tellez ad dd. 11. Dn. Henr. Linckius ibid.]

c) c. 1. si de inuestit. feud. contr. fuer. 1. F. 4. vers. dabitur ei defensio, c. de

de content. int. dom. & fid. 1. F. 10. vers. cum duodecim Sacram. c. 1. de Usu
 Mediolanens. 1. F. 28. c. 1. si de inuest. inter dom. & vasall. 1. F. 26. §. si quis se-
 mel patrem. Sacramentalis autem, quos Ferrar. Montan. de feud. lib. 5. §. quia
 vero. vocat coniurantes, item compurgantes testes, item coniuratores &
 confacramentales, a sacramento, hoc est, iuramento exinde dici apparet,
 cum sacramentum non solum de iure ciuili, l. si quis iusiurandum, l. gene-
 raliter, & l. fin. C. de reb. cred. l. 1. & 2. Cod. de iureiur. propter cal. l. rem
 non nouam, C. de iudic. l. f. C. de fideicomm. l. 8. C. de legat. l. 2. §. miles, de
 his qui not. infam. l. fin. §. licentia, C. de iure delib. l. fin. C. de fide instrum.
 Borcholt. in tr. de iureiur. c. 1. n. 9. sed etiam feudali sæpius pro iuramento
 vsurpetur, 2. F. vlt. §. vlt. id quod annotauit d. c. 3. n. 20. Vult. & Rittershus.
 d. c. 10. qu. 21. Eorum hoc potissimum munus erat, vt iurarent cum princi-
 pali de sua tantum credulitate & conscientia, per text. in c. de consuet. rect.
 feud. Aluarot. in d. §. & cum datur, n. 4. Sonsb. de feud. p. 15. n. 28. Vult. d. c.
 3. n. 20. in f. Neque vero indistincte quilibet adhiberi poterant, sed necesse
 erat, vt sex essent de parentibus, d. c. 1. §. cum datur, de consuetud. rect. feud.
 Rosent. c. 12. concl. 14. n. 79. Gœd. in tr. ms. c. 10. concl. 15. cuius rei ratio for-
 san desumi potest ex l. 9. in fin. ff. unde cognat. & l. 7. C. de in integr. restit.
 Per parentes vero quid Feudistæ intelligant, vide Hottom. in lexic. feud. &
 Cuiac. ad t. 25. lib. 2. vbi vterque ex Hieronymo obseruauit, militarem hunc
 esse & vulgarem sermonem cognatos & affines nominare parentes, quod re-
 fert Rittersh. in paratit. feud. lib. 1. c. 14. qu. 4. vbi subiicit parentelam sæ-
 pius in iure Canonico vsurpari pro cognatione vel etiam affinitate, vt c. 17.
 §. q. 2. & 3. c. 2. ad sedem, cum duobus seqq. eod. c. q. 2. Hinc etiam Camera
 Imperialis sacramentales exprimit die **Blutsverwandten**. Hic quoque
 notandum, non semper quod de vasallo, idem quoq; esse dicendum de do-
 mino, cuius conditio videtur in illo quodammodo melior, quod non præ-
 cise sex parentes sacramentales adhibere cogatur, quemadmodum vasallus.
 Sufficit enim si iuret cum conscientia mentione adhibitis 12. sacramentali-
 bus partim vasallis, partim agnatis, aut 12. tantum vasallis, aut partim vasal-
 lis, partim extraneis, d. c. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. An vero si vasallus
 sanguine iunctos habere nequeat, admittentur extranei? omnino, arg. l.
 quoniam, Cod. de hereticis, l. serui, ff. de testib. Sonsb. p. 15. n. 3. Rosent. d. l.
 Sunt tamen nonnulli casus, in quibus statum soli quoque religioni Iuran-
 tium, quos recenset Rittersh. d. c. 10. q. 23. Gœdd. in tr. c. 10. concl. 15. [Hodie
 vsus Sacramentalium non superest. Ludw. p. 420. Et iuramenta quoque
 ab ipsis partibus præstanda tum iniunguntur, cum alias de iure communi
 locum habent Struv. d. 1b. 10. n. 4.]

d) Propterea quia magis est defensio quam probatio, *c. 1. in pr. §. 2. si de inuest. feud. c. 1 §. si instrumentum, & seq. de not. feud. Schon. lib. 2. disput. ult. th. 34.*

e) Cui iura feudalia facilius iuramentum iniungere solent, *c. si de inuest. feud. 1. F. 4. in pr. vers. si vero feudum, §. cum autem quis, §. item vassallus, c. 1. si de feud. defunct. 2. Feud. 26. in princ.* Ratio illa solet dari, quod ex possessione aliqualis surgat praesumptio, quae faciat possessorem quidem absolui, sed cum illa non sit sufficiens & satis vrgens, ideo iurare te- neatur possessor. Et hoc casu si vassallus iurauerit, relinquatur penes ipsum feudi possessio, dummodo per annum in illa possessione feudi domino non contradicente, fuerit. Quid ergo? An omnis semiplena, puta testis vnus probatio, iudicem poterit informare ad deferendum iuramentum in feudis? Ita puto *per text. in c. 1. §. sacramentum, iunct. gl. ibid. in verb. iudicem moueat, de consuet. rect. feud. Sonsb. de feud. p. 15. n. 11. Mascard. concl. 940. n. 8. vol. 2.* dummodo res super qua agitur non plane sit magna: tunc enim iuramentum non posse in supplementum dari, communis est Dd. conclusio, teste Andr. Gail. *lib. 2. obs. 94. n. 8. Zas. conf. 3. n. 27. vol. 2. Menoch. de arb. Ind. casu 190. n. 17.*

f) Quod omnino verum est, si lis sit de inuestitura, qua ratione non solum iurabit dominus, quod vassallum non inuestiuerit, verum etiam eius successor de credulitate iurare cogetur, Bocer. *cl. 4. disp. 18. th. 4.*

g) *d. c. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. vers. sacramentum, & vers. dominus, d. c. de not. feud. §. cum datur, Vult. de feud. c. 3. n. 20. Bocer. d. l.*

VII.

Sub probatione non propria continetur praesumptio, cui consimiliter in feudalibus causis locum tribuo, *a* qua feudum in dubio potius antiquum quam nouum, *b* & magis proprium seu rectum, quam improprium seu degenerans *c* ex pacto & prouidentia quam hereditarium, *d* summam vero res ipsa in dubio magis allodialis quam feudalis, *e* eaque pluribus argumentis censetur. *f*. Sicut vice-versa res feudalis, ex concessione, *g* fama, *h* more regionis, *i* libris, *k* instrumentis, *l* bonorum parte maiore, *m* possessione, *n* personae concedentis qualitate, *o* aliisque pluribus argumentis *p* colligitur, cuius rei praesumptiones omnes ex re nata desumendae erunt *q*.

a) Cum

a) *Cum Vult. lib. 2. de feud. c. 3. n. 20.* idque indubium esse ibidem ex Crauet. *de ant. temp. p. fin. n. 13. Masc. concl. 940. Menoch. conf. 195. num. 2. lib. 4.* aliisque per pluribus euincit. Atque in hoc ius feudale cum iure civili concordat.

b) *Per tex. in c. 1. §. si vero dominus, succedent. 2. F. 11. c. item placet, de inuest. in marit. fact. 2. F. 45. c. cum autem, si de inuestit. feudum. contr. fuer. in verb. cum quis dixerit feudum ad se, c. 1. vers. utroque autem, si de feud. defunct. contr. fuer. Menoch. lib. 3. de præsumpt. c. 93. & de arb. iud. qq. cas. 191. Diss. Ias. in conf. 24. n. 3. lib. 3. & Matth. de Afflict. in comment. ad con-*stit. Neap. p. 2. rubr. 24. n. 5. qui volunt præsumi nouum. Aliter dissentit Alciat. prout refert Menoch. d. l. & Crauet. in tr. de ant. temp. p. ult. qui volunt, nec nouum præsumi nec antiquum, sed asserenti incumbere onus probandi. Aliter etiam dissentit Fach. lib. 7. controu. c. 59. qui putat totam rem pendere ex probationibus factis, quibus, ab utraque parte iure iurando delato, rem decidendum esse; *vide sup. disp. 1. th. 5. lit. e.* Cæterum quot & quibus casibus feudum præsumatur antiquum latius pertractat Menoch. lib. 3. de præsumpt. 93. cuius sententiam tunc quoque procedere arbitror, licet neque dominus neque vassallus possideat, *tex. in c. 1. in pr. vers. si ve possideo, de cont. inter me & dom. Schoner. lib. 2. disp. feud. ult. th. 100.* [Hoc tamen casu si neuter possideat, probanda sententia Paciani supra ab Autore adducta pag. 39. in fin.] Diss. Francisc. Viu. lib. 1. comm. opin. vers. *feudum. in dubio, Molin. in consuet. Paris. t. 1. §. 5. n. 89. Curt. iun. p. 1. feud. q. 8. n. 17.*

c) Aluar. *in c. 1. §. præterea, quid sit inuest. Thom. Marin. in tr. feud. in tit. de feudo simplici & recto, n. 3. Menoch. 3. præf. 95.* vbi alios plures huius opinionis commemorat. [vide supra d. 1. th. 7. lit. c.] Quæ sententia in tantum vera est, vt locum habeat etiam si propria & recta feudi natura in aliquo alterata atque immutata sit, *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. vers. licet propria natur. feud. Rom. conf. 70. num. 2. quem secutus est Præpos. in proæm. feud. col. 7. vers. & proinde.* Quoad reliqua enim adhuc proprium confetur, *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. 2. F. 48. Zas. p. 12. n. 3. Vult. 1. F. 8. n. 53. Menoch. d. loc. n. 2. & seqq.*

d) Ex consuetudine Germaniæ. Alioquin enim ex iure communi aliud dicendum esset, *vide disp. 1. th. 8. lit. K. in fin.* [& ibi notata p. 60.]

e) Quæ sententia rationis non est expers. Omnis enim res in naturali sua libertate constitisse & mansisse præsumitur, donec contrarium pro-



probetur. Textus de hac ipsa re satis sunt aperti, *in c. 1. §. 2. si de feud. defunct. 2. F. 6. c. vn. §. sed si inter de controu. inter mascul. 2. F. 41. c. si contentio, §. Et similiter, de capit. qui cur. vend. 2. F. 51. l. altius 6. l. si in edibus. C. de seruitut.* quam quoque sententiam in numero penè Dd. suffragio corroborant Menoch. 3. *presumpt. 91. n. 1. Et seqq.* Et Vult. *de feud. d. c. 3. n. 10.* quibus adde Cacher. *decis. 32.* Afflict. *decis. 227.* Iul. Clar. *in §. feudum q. 18.* Borchol. *de feud. c. 2. n. 14.* Gœd. *in d. tr. c. 10. concl. 17.* [Struv. *d. C. 16. th. 11.* Itter. *c. 25. §. ult. vid. supra D. 3. th. 3. lit. a. p. 83.*] eamque iuri Saxo- nico congruam esse apparet *ex art. 4. lib. 2. Landrecht/ Schneid. p. 9. 9. feud. c. 2. n. 43.* Hinc etiam factum est, vt si filia contendat esse allodiale, agna- tus vero vel frater velit esse feudale prædium, aliudiale præsumatur, *c. in- ter filium, si de feud. defunct. & ibid. Schenck. gl. in §. si contentio, de capit. qui cur. vend. Wesenb. cons. 1. n. 36. Et seqq. Gœd. in d. tr. concl. 18.* adde quoque Rosenth. *c. 12. concl. 14. n. 92.* Circa superioris vero sententiæ mem- brum controuersa mouetur quæstio; An oppidum, castrum, ducatus, mar- chionatus censeatur allodialis & iure proprio possideri, an feudalis esse? Prius verius esse concludunt. Iacobin. de S. Georg. *in verb. de castro rubei montis, n. 16.* vbi citat Bal. *in c. 1. §. si autem, de controu. inuest.* quos sequi- tur Mascard. *concl. 79. n. 10. vol. 1.* Vult. *de feud. c. 3. n. 12, lib. 2.* Menoch. *lib. 3. pres. 91. n. 7. Et 8. Et cons. 191. n. 21. vol. 2. Et cons. 395. n. 4. vol. 4.* Rosent. *c. 12. con- cl. 14. n. 15.* Dissentit quoad iurisdictionem And. Gail. *lib. 2. obs. 69. n. 7. per tex. in c. cum olim, de prescr. Et l. ade sacra, §. 1. ff. de contr. empt.* Ifern. *in c. 1. §. quidam tamen, n. 3. de contr. inter masc. Et fam. & Molin. in consuetud. Paris. t. 1. §. 46. n. 3.* Castro tamen iure feudi concessio, neque vlla aliarum rerum mentione facta, anne bona sita in illius castri territorio censebun- tur feudalia? Affirmat hoc Crauet. *in cons. 100. n. 130. cas. 5. Et 6.* Bald. *in c. 1. n. 10. qui cur. vend.* quos refert & sequitur Menoch. *lib. 3. pres. 101.* asserens in- tentionem ipsius domini castri esse de iure fundatam, quam sententiam om- nimodo falsam & erroneam arguit Ros. *c. 12. concl. 15. n. 35.* vbi omnium latisime illam refutat. [Conf. Struv. *c. 16. th. 11. n. 4.* Carpz. *P. 1. resp. 72.*] Quid si vero quis certa de iis bonis præstiterit seruitia, anne tum præsumuntur feudalia? Nego, nisi talia fuerint seruitia, de quibus manifesto constet il- la a nullis aliis, quam a vasallis præstari, *d. c. 12. concl. 14. n. 40.* Quid si quis annuatim duos dederit accipitres? Neque tum præsumi bona illa debent feudalia, Rosent. *d. l. cum hoc non sit de substantia aut naturalibus feudi.* Diss. Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 79. ex quib. caus. feud. amit. Et in decis. 129. n. 3.* Menoch. *de pres. lib. 3. c. 91. nu. 49.* Id ipsum quoque esse dicendum etiam si bona

bona illa sint in territorio, siue iurisdictione illa, quam is qui se dominum asserit, a superiore in feudum tenet communis est Dd. conclusio, teste Mascard. *de prob. concl.* 79. n. 11. & *seq. vol.* 1. Intrigl. *in cent. feud. qu.* 43. & *seq.* Vult. *d. c.* 3. n. 10. Rosent. *d. c.* 12. *concl.* 14. *lit.* Z. Neque etiam refert, etiamsi iuxta agros aut alia prædia feudalia hæc bona posita sint, Hieron. de Mont. *in tr. de finib. regund. c.* 98. Menoch. *de præf. lib.* 3. *c.* 91. n. 10. Schon. *lib.* 2. *disp. feud. vlt. th.* 59.

f) Argumenta plurima desumi possunt ex verbis concessionis, puta, quando Princeps dicit: Committimus tibi totaliter vices nostras. Nam tunc rem non dici concessam in feudum, sed vt liberam & allodiam, Menoch. respondit *lib.* 1. *conf.* 191. n. 12. & *lib.* 3. *præf.* 91. n. 32. Iac. de S. Georg. *in verbo inuestiui talem*, n. 10. Ros. *d. c.* 12. *concl.* 14. n. 35. Sæpe quoq; ex signis argumentum desumi solet, si scilicet in tota illa scriptura concessionis nullum subsistat verbum, quod rem illam feudalem esse innuat, Rosent. *concl.* 85. n. 19. *lib.* 4. Schon. *lib.* 2. *disp. feud. vlt. th.* 62. vel, si in ipsa concessionem nulla facta sit reseruatio vel homagii vel fidelitatis, Menoch. *conf.* 1. n. 30. *lib.* 1. *conf.* 191. n. 18. Ros. *d. conf. num.* 23. Schon. *d. disp. vlt. th.* 64. quibus adde Ros. *d. concl.* 14. n. 39. vel si nulla solennis inuestitura sit adhibita, Menoch. *d. conf.* 191. n. 17. cuius quidem ratio hæc forsitan dari potest, quod feudum sine inuestitura nequaquam constitui possit, *cap.* 1. *quib. mod. feud. const. pot.* 2. F. 25. vel denique, si concessio ipsa sit obseruata pro libera & allodiali. Hæc enim obseruatio rem esse liberam non autem feudalem significat, veluti testatur Menoch. *d. lib.* 3. *de præsumpt. c.* 91. vbi & se ita de facto respondisse in *d. conf.* 191. n. 19. eiusdemque fuisse opinionis Alciat. scribit, quo secutus est Rosent. *d. concl.* 14. n. 41. De eo non vsquequaque conuenit inter interpp. An concessio domini solum utilis retento directo feudi dationem inferat? Nos negamus cum Rosent. *d. c.* 12. *concl.* 14. n. 48. Diff. Matth. de Afflict. *in c.* 1. n. 73. *vers. item præsumitur feud. ex quib. caus. feud. amit.* Oldrad. *conf.* 159. n. 6. Schoner. *disp. feud. vlt. th.* 70. *per text. in c.* 1. *§ fin. ex quib. caus. feud. amitt.* adde Menoch. *d. præf.* 91. n. 67. qui quidem nihil concludit, sed de hac dissentientium opinione se dubitare scribit.

g) Ipsi scil. possidentis, quæ præsumptionem inducit rem esse feudalem, & sic contrarii probatione confitentem grauat, *arg. l. certum, § si quis absente. ff. de confess. c.* 1. *de confess.* Matth. de Afflict. *in c.* 1. n. 79. *ex quib. caus. feud. amit.* Vult. *de feud. lib.* 2. *c.* 3. n. 12. Menoch. *de præf. lib.* 3. *c.* 91. *num.* 43. Rosent. *d. c.* 12. *conclus.* 14. *num.* 1. idque multo magis procedit quando confes-

confessio illa est geminata, Menoch. *d. loc. & conf.* 191. num. 50. 52. & 72.

h) Fama quidem per se modicam vim probandi obtinet, vt constat ex *c. super eodem* §. *fin. de eo qui cognou. consang. vx. c. tam literis* 23. *de testib.* §. *tua nos* 8. §. *si vero publicum, de cohab. cler.* Petr. Gregor. *in synt. Pontif. lib. 5. c. 10. num. 4.* Bart. *in tr. de quest.* Bald. *in l. milites, C. de quest.* Thom. Grammat. *conf.* 42. n. 15. adiuta tamen fama aliis indiciis & argumentis probandi vim habet, *c. cum causam* 13. *vers. famam, de probat. c. praterea* 27. *de testib.* cui quoque sententiæ videtur suffragari Ant. Knich. *in tr. de sublim. & regio territor. iur. c. 3. num. 55. & 56.* Ioan. Fichard. *tom. 2. conf.* 113. n. 3. & 4. & *conf.* 120. num. 2. Ioan. Sichard. *ad l. 4. C. de probat. num. 3.*

i) A more regionis coniectura siue præsumtio tum colligitur, si bona omnia in loco illo sint feudalia, vnde probabiliter concluditur rem quoque controuersam eiusdem esse naturæ, Menoch. *d. præsumpt* 91. n. 72. *Intrigl. cent. feud. q. 43. num. 110.* Hic vero notandum quod subiicit Ros. *d. c. 12. concl. 14.* plane caducum fore hoc argumentum, si non probetur omnes omnino soli res esse feudales, quippe quod vna data instantia evertatur.

k) Duplex animaduersio circa libros des Herrn oder Statt Lagerbuch/Schoßbuch/Rollen oder Register / occurrere solet. Prior est, quod liber alter sit, in quo bona duntaxat non feudalia descripta, alter vero in quo nullæ aliæ res, quam feudales scriptæ inueniantur: priori casu res controuersa non extans in libro conscripta feudalis esse eatenus præsumitur, quatenus constiterit nullam rem feudalem in eo conscriptam aut allodiam omisiam esse, Ros. *c. 12. concl. 14. n. 49.* posteriori vero res itidem feudalis præsumitur, si ibidem conscripta sit, Menoch. *d. præf.* 91. n. 52. Mascard. *de prob. concl.* 768. n. 10. *vol. 2.* Ifern. *in c. 1. n. 15. in fin.* & ibid Matth. de Afflict. n. 77. *ex quib. caus. feud. amit.* dummodo liber ille feudalis ita sit compositus, vt habeatur ceu scriptura alicuius archiui, & in archiuo custodiatur, Ros. *d. c. 14. n. 51.*

l) Antiquis scilicet, etiam inter alios gestis, in quibus affirmatur rem esse feudalem, Menoch. *d. præf.* 91. n. 74. quam sententiam iure communi plane receptam autumo. Constat enim in antiquis instrumentis omnia iōlenniter acta præsumi propter temporum antiquitatem & difficilem in contrarium probationem, *l. filius fam. C. de petit. hered. l. qui in aliena, §. sed etsi, de acquir. hered.* Felyn. *in c. sicut. num. 29. de sent. & re iud.*

m) c. 1.

m) C. 1. de controuer. inter masc. & fam. dum modo sint in vno & eodem loco, prolixè Rosenth. d. c. 12. conclus. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 3. c. 91. n. 62. & 63. And. Gail. 2. obs. 69. n. 6. vbi hanc sententiam confirmat, arg. l. eum qui ades, ff. de vsucap. l. quæ de tota, ff. de rei vind. l. si vnus. §. penult. ff. de pact. c. 1. de consecrat. Eccles. vel alt.

n) Quando scilicet res diu possessa est vt feudalis, Matth. de Afflict. in c. 1. n. 11. vers. 4. de controu. inter masc. & fam. & in c. 1. n. 72. ex quib. caus. feud. amit. Menoch. d. loc. n. 53. Iul. Clar. in §. feudum, q. 19. in fin.

o) Qualem personam aiunt esse Ecclesiæ prælatum, qui dum prædia & bona concedit, in dubio præsumitur concedere in feudum. Hæc enim natura est rerum Ecclesiæ, vt non alienentur, sed facilius infeudentur, Ias. in l. si prius, n. 42. ff. de nov. oper. nunc. Alciat. in tr. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 3. in fin. Mynf. 2. obs. 5. n. 8.

p) Puta testium attestazione, antiqua alicuius Principis assertione, antecessorum quoque rei alicuius, instar feudalis, possessione, ex subsequuta item obseruatione, quando scilicet res ipsa concessa habita & tenta fuit, pro feudali, item quando antea quoque feudalis extitit, quæ omnia multis deducit Menoch. d. præf. 91. Generatim verò hic tenendum, hæc præsumptiones omnes corruere, si bontrariæ coniecturæ peræque fortes seu fortiores se offerant, præsumptiones enim tolli præsumptionibus elegantissime explicat Vult. d. c. 3. n. 21.

q) Certo igitur ineniam consilio intercludi non poterunt, quippe in quibus non tam scientia quam prudentia iudicantis opus est, Vult. d. c. 3. & Rosenth. passim. in d. c. 12. per aliquot conclus.

VIII.

Probationibus ita factis, & causa conclusa, iudex a ex officio, in certo loco b feret sententiam c: qua lata d præter reliqua iuris remedia superest appellatio e: qua ad dominos eiusdem feudi superiores, gradatim f fit prouocatio, tempore quoque legibus definito g. Appellatione vero intermissa, sententia transit in rem iudicatam, atque executioni mandatur h.

a) In quo hoc speciale occurrit, cuius primo loco debebam meminisse, quod non sit cogendus de administranda iustitia ante causæ cognitionem iurare, arg. text. si de feudo defunct. content. sit int. dom. 2. F. 26. c. vnic. §. pen. de prob. feud. al. per Frid. 2. F. 25. vbi sic Imp. Fridericus ipse met disposuit, vt lite inter dominum & vasallum coorta, illa per pares curiæ

riæ sub fidelitatis debito coniuratos terminetur, quam sententiam sine præiudicio particularis consuetudinis probabiliorem & magis receptam dicit Myns. cent. 4. obs. 89. eumque sequitur Borch. de feud. cap. 10. num. 37. & Vultei. de feud. lib. 2. cap. 3. num. 39. Dissent. Martin. Laudens. in explicat. th. 2. F. 26. itemque Henr. Bocer. & ab ipso per plures allegati in cl. 4. disp. 18. th. 31.

b) Qui dependebit ex conventionione iudicis & partium, gl. & Dd. in c. 1. §. pen. de prohib. Feud. alien. per Frider. Quod si vero de loco specialiter non fuerit conuentum, ille erit quo sine incommodo litigantium solet iudicari, l. 59. ff. de iudic. Curt. iun. in tract. feud. part. 7. num. 16. adde Schoner. in disp. feud. ult. thes. 2. Vultei. d. c. 3. vbi hæc eleganter enucleat.

c) Quæ libello debet esse conformis, l. fin. C. de fideicom. libert. l. ut fundus 13. ff. commun. diuid. c. licet. Hely, & ibi glos. in verb. formam de Simon. Rosenth. c. 12. concl. ult. Fichard. tom. 2. conf. 131. n. 11. 16. & 55. Sententia vero illa vel est absolutoria, vel declaratoria, vel condemnatoria: absolutoria omnino regularis est, declaratoria vero & condemnatoria in certis casibus est distinguenda. Illa enim tum subsequitur, quando feudum ipso iure est commissum, Bald. in c. 1. & ibid. Afflic. n. 3. de feud. fin. culp. non amit. Zas. p. 3. n. 73. Menoch. conf. 534. n. 7. quos refert & sequitur Vult. lib. 1. c. 11. n. 57. hæc vero, quando vasallus iis in casibus feudo privatur, in quibus illud iure non est commissum, per gl. in c. 1. §. item si fidelis, quib. mod. feud. amit. & in c. 1. de feud. fin. culp. non amit. Curt. p. 4. num. 115. Zas. p. 10. n. 72. Vult. d. loc. Hic vero dubia suboritur quæstio? An sententia contra possessorem feudi lata ipsius quoque successoris non citato præiudicare possit? Affirmatiua ex iuris authorum fontibus deducta mihi videtur verior, per text. in l. ex contractu 44. ff. de re iudicat. arg. l. qui repudiantis, §. ult. ff. de inoff. testam. l. 1. §. denunciari autem, ff. de vent. inspic. l. si patroni, §. ult. ff. ad Trebell. Neque enim ad iudicium & litis examinationem citandi sunt illi, quos in quandam consequentiam litis definitio duntaxat attingere, quibusue prodesse poterit, sed sufficit si vocetur ille quem negotium tangit principaliter per gl. in l. de unoquoque ff. de re iudic. Didac. Cauarruu. pract. quest. 13. num. 6. Menoch. conf. 501. lib. 6. & conf. 630. n. 23. lib. 7. Viget. in meth. feud. c. 2. reg. 35. quam opinionem cum Pinel. in l. 1. p. 3. n. 48. Cod. de bon. matern. magis communem esse dicit Vincent. Caroc. in tr. de excuss. bon. p. 2. q. 33. itemque Soarez in thesaur. com. opin. lit. f. n. 72. quos sequitur Vult. in tr. feud. c. 3. num. 30. Goedd.

Goedd. in disp. feud. vit. th. ult. quibus adde Andr. Fachin. lib. 7. controuers. c. 103. Diff. Bart. in l. filiusfam. §. 1. ff. de legat. 1. arg. l. de vnoquoque, ff. de re iud. & l. Diuus Pius, ff. de adopt. Tiraquell. de iure marit. gloss. 5. num. 207. Andr. Ifern. in c. si vasallus, si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat. Matth. de Afflict. num. 20. ibique Aluarot. num. 7. Curt. iun. in tr. feud. p. ult. num. 9. qui pene omnes distinguunt, quod sententia eiusmodi scienti noceat, nescio non obsit.

d) Non solum ab ipsis iudicibus feudalibus, sed etiam ab ipsorum delegatis lata, Curt. iun. p. 7. n. 32.

e) C. 1. §. ult. quo temp. mil. Wesenb. de feud. c. 17. num. 15. Vult. de feud. lib. 2. c. 3. n. 28. & in Camera Imperiali post plures concertationes in causa nobilium hanc sententiam praeualuisse, & se patrocinando obrinuisse dicit Ioan. Fich. tom. 2. cons. 13. num. 24. Ultra tamen causam appellationis nulla amplius admittitur reconuentio, cui iudex appellationis se non possit intromittere de aliis, quam de quibus ad eum appellatio est deuoluta, c. pastoralis, extr. de offic. ordin. c. 1. de appellat. in 6. Guid. Pap. in tr. de appell. Schrad. in auth. & consequenter, num. 7. C. de sent. & interloc. Ioan. Ferrar. Montan. in progymnasm. for. lib. 2. c. 15. Christoph. Schwaneman de processibus Cameral. lib. 1. c. 68. adde Theoph. Gisebert. in tr. de reconuent. c. 28. vbi rationibus septem elegantissime hanc sententiam defendit. Diff. gloss. in auth. & consequenter, C. de sent. & interloc. Angel. in d. auth. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 118. n. 16. [Quod de beneficio Appellationes hic dicitur, illud & in ceteris iuris remediis Restitutionis in integrum, reuisionis, supplicationis, nullitatis &c. obtinet Vultei. d. cap. 3. num. 28.]

f) Primo ad proxime superiorem, ac tandem etiam ad ipsum Imperatorem. Nihil enim hic aliud denotat gradatim, argum. cap. si quis 2. qu. 6. c. Romana de appellat. in 6. Petr. Gregor. Tholos. in tract. de appellat. lib. 4. c. 2. per tot. Ioan. Andreae & Canonistae communiter in c. ceterum, extr. de iudic. Iul. Clar. lib. 4. sent. §. feudum q. 9. arg. l. Imperatores, ff. de appellat. c. vn. in prin. vers. his non cogentibus, si de inuestit. int. dom. & vasallis oriat. & sic plerosq. intelligere text. in c. 1. §. fin. quo temp. mil. testatur Rosenth. d. c. ult. concl. ult. Ferrar. Montan. lib. 5. c. 6. vers. a parium, Mozz. sub tit. de natur. feud. num. 127. eandemque conclusionem communem vocat Curt. iun. in tr. feud. p. 7. num. 32. & Vigel. in method. feud. c. 3. reg. 31. [Hoc ita in subfeudis; quod si vero primus vasallus appellare velit appellabit ad ordinarium iudicem, iudicis feudalis. Struv. c. 16. th. 9.]

Ludw. p. 224.] Quid si dominus feudi fuerit episcopus, Dominus vero superior secularis, ane nihilominus ad dominum illum superiorem debet fieri appellatio? Omnino hoc recte statuit Rosen. *d. concl. vlt. n. 4.* Obiter rursus hic notandum occurrit si quod ad Imperatorem fuerit appellatum, iudices, a quibus appellatum est se coram Imperatore sistere debent, de lata sententia rationem reddaturi, *per text. in d. c. 1. §. fin. quo temp. mil. in verbo ad nostram venire presentiam.* Dubio vero non caret, An in omnibus causis feudalibus hoc obtineat, ut iudices ad Imperatorem veniant, & de sententia lata rationem reddant? Nego cum Schenck *in d. c. 1. §. fin. quo temp. mil. Vigel. in d. c. 3. qu. 3. reg. 34.* & Curt. iun. *in d. p. 7. n. 33.* qui subiicit textus illius dispositionem locum duntaxat habere in feudis regni, Ducatus vel Marchionatus, in reliquis vero feudis sufficere, si mittantur Apostoli.


g) Tempora intra quæ appellatio insinuanda vel prosequenda, nulla alia hic obseruanda veniunt, quam quæ de iure communi sunt præfinita & constituta, cum non habeamus claram decisionem in materia feudali, quæ contrarium videatur statuere, ut inquit Curt. iun. *p. 7. n. 33.* quam sententiam communem dicit Ioan. Ferrar. Montan. *d. l. 5. c. 6.* atque ita iudicio Camerae Imperialis pronunciatum fuisse in causa nobilium a Schwabach contra nobiles a Lindensfels/Halstein & consortes, testatur Mynsing. *cent. 5. observ. 5.* a quo non dissentit Ioan. Fichar. *tom. 2. conf. 13. num. 25.* Neque quod de tempore dicitur, mutatum est *per c. vn. §. fin. quo temp. mil.* vbi sex septimanarum fit mentio: quippe quod procedit si ad ipsum Imperatorem fuerit appellatum, ut se sistat intra illud tempus, qui appellauit introducendæ appellationis causa, Vigel. *in meth feud. d. c. 3. quæst. 3 reg. 33.* Atque hodie idem tempus sex septimanarum indistincto præscriptum esse in ordinatione Camerae, quoties ad illam fuerit appellatum videre licet *in tit. 30. §. 1. & seqq. p. 2. idq. suggerit Gædd. in d. tr. msc. vlt. conclus. vlt. [Ludw. p. 422.]*

d) Quis exequatur sententias ex plurium Dd. placitis enarrat Rosenthal. *de c. vlt. concl. vlt.* vbi quandoque iudices ordinarios loci sententias domini aut parium, quandoque pares curiæ, quandoque etiam dominos exequi posse docet. [Conf. Vult. *l. 2. c. 3. n. 29.* Ludw. *p. 423.* Io. Christoph. ab Vffenbach *de Iudic. Imp. Aul. C. 24 Sect. 2* Blum. *in Proc. Cam. tit. 77.* Adde Scripta anonyma hoc anno 1698. edita *de Officio Directorum et Ducum Circuli in Exequendis sententiis Imp.*] Et hæc de processu feudali brevissime dicta sufficiant. Cætera vel iuri communi sunt consentanea, vel ab hisce traditis non omnino aliena.

F I N I S.

Io. O T





ULB Halle
003 611 06X

3



sb.







1699 166
13

2. s.
ANTONII, IC.
EVDALIS XV.

ESSV
ALI,

de Jure Publico,
Illustris Dn. de RHEZ
FRIDERICIANA,
DE

ESTRYKIO
Publ. Ordinario,
R. M DC XCIX
publicæ submittit
HILLIGER,
deb.

—
BURGICAE,
Æ ZEITLERI, AC. TYP.

